I/107. ~~140~~

Myconius Ioachimo S. D.

Antea semel ad te scripsi Ioachime doctiss. Iam iteru͂ venio. Non tame͂
sum adeo stupidi ingenii, q͂n intelligam literis meis ineruditis atq; in-
sulsis molestiam tibi potius adferri q̄ voluptate͂. Accedit q͂d tibi sum ignotus,
quare dicere posses. quid mihi tande͂ cum tuis lr̄is? Vnde in primis
venia͂ peto, nam quicq͂d facio, facio rogatus, ita tamen, ut nihil queat
a me peti, quod subiram lubentius, ~~tamen~~ tum̄ sciam aliquo modo rem tibi
gratam fieri. Mittit ad te filiu͂ civis Tigurinus, homo huiusmodi erga
doctos animi, ut vel ob hoc ipsum non tantu͂ favore͂, sed et b͂nficiu͂ me-
reatur. Hac aute͂ de causa mittit, ut tua subsit cura, condicione addi-
ta, ne quicq͂ tibi sit faciendu͂ frustra. Adulescens, q͂m coram vides-
ta, ingeniu͂ habet no͂ prorsus ignavu͂, de quo et illud no͂ absurde dicere
posses οὐσίαν κ̀ νοῦν ἔχει. Magni nominis no͂ admodu͂ habet cura͂, sed
scientiae, pro isthac ratione rogat pater, & ego q̄tum in me est
flagito ad hos vel illos authores audiendos accomodes. Formulam edo-
cui, quam si sequetur, forte minus aberrabit. Illud ante omnia ro-
gamus, scis n. q̄ πρόβατον οὐδὲν ὄφελος ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ, ne sinas eum
nimiu͂ vagari, neq; se illis adiungat, qui peiore͂ q̄ meliore͂ potius red-
dere possunt. quod si effeceris, nihil erit, quod olim conqueraris tuis labo-
ribus non satisfactum. Minime dubito, si nosses patre͂, quin ultro
prosequereris, quod nos magnopere rogitamus. Fac intelligam me quo-
q; aliquam apud te gratiam habere. Vale Helvetiae specimen.
Tiguri calendis Novemb: Anno M. ccccc. xvii.

Joachimo Vadiano Poetæ,
oratori, atq; phīco eximio,
Medico dnō ꝑitiss: obſeruā-
do ſuo.